

possit, & gratia aliqua in eâ prælatione intercedat, illa non est temporalis stipendio compensanda, pro eo adhibita pactione; quia electio aliquius disiunctiuè necessaria est, neque plus laboris in vnâ, quam in aliâ propositione intercedit. Praeterquam quod electio est ad rem spiritualem, nec pretio estimabilem. Sicut enim Episcopus, si ex concurrentibus ad Ordines quosdam præ aliis eligat, ratione prælationis huiusmodi nequit accipere pretium, quia ad rem omnino spiritualem est; ita similiter in casu nostro dicendum. Sin minus, ad pactiones tales in omni rerum sacramentorum genere ianua aperietur latissima, per quam & via quæ ducat ad perditionem. Vide Titul. 13. & num. 5. usque ad 13.

Prabendarios nō posse esse Viscatores.

An egre-
dientes lu-
centur di-
stributiones

C A P V T . V.

Circa Beneficia quid possint Indicarum
Ecclesiarum Capitula, & quæ circa
hoc onera possint eorum conscien-
tias aggrauare.

§. I.

De Resignatione in fauorem.

Assertio 1. 31 **D**ico primò. Capitulum, Sede va-
cante, potest præsentatos Regio
nomine Canonicè instituere, & cir-
ca eos omnia præstare, quæ & Episcopus, Edicta

Affertio 1. 31 **D**ico primò. Capitulum, Sede va-
cante, potest præsentatos Regio
nomine Canonicè instituere, & cir-
ca eos omnia præstare, quæ & Episcopus, Edicta

rimò. Ca
e potest

cilicet proponere, cum Beneficia vacatierint, ad que de Ré-
examen vocare, per Synodales Examinatores fa-
ciendum, tres digniores eligere ex approbatis, & gio sum pa-
trontatu, ad
uxta meritorum qualitatem locum illis in nomi-
natione tribuere, & ad eum remittere, qui Régio qua Episco-
potū se ex-
nomine Patronatum exercet. Quod quidem tendit au-
toritas.

quantum ad institutionem Canonicam attinet,
Iuxta Iuris communis dispositionem procedit:
pro quo videri potest P. Azor Tomo 2. Libr. 3.
Cap. 38. Quaff. 2. apud quem Auctores aliqui rationem conantur reddere cur Capitulum insti-
tuere possit; & non simpliciter conferre, sed non
satisfaciunt; cur scilicet Sacri Canones unum
concedant, negent aliud, in quo videtur eadem
esse ratio. Est autem illa & obvia & concludens,

voluisse Sedem Apostolicam erga Patronos se
beneuolam exhibere, ut sic multos ad fundandas
Ecclesias prouocaret: & ita Glossa in Cap. *Etsi*
Capitulum, de Institutionibus, ubi Bonifacius
VIII. quæstionem anteā dubiam suā Constitu-
tione diremit, ita dicens: *Etsi Capitulum*, Sede
vacante, Beneficia, quæ ad collationem Episcopi per-
tinent, conferre non posset: Præsentatos tamen à Patro-
nis potest admittere, si sint idonei, & eos instituere in
Beneficijs, ad quæ fuerint præsentati: licet ad Episco-
pum, (si superesset) admissio & institutio huiusmodi
pertineret. Sic ille: Et ita inquam Glossa verb.

Præsentatos , sic habet : De Præsentatis solūm hūc dicitur , & poterat de Præsentatis dubitari , quasi præsentatio inniteretur grātiae , & non iuri communi , ut sic potestas huius gratiae , vacante Sede , in Capitulum non transiret . Hæc Glossa . Vbi non prætermittendum Patrem Azor pro veritate proposita allegare Glossam in Cap . Cū illis , de Præbendis in 6 . Cū tamen in eo Titulo Cap . Cū autem non sit , sed sit ille § . in citato Cap . Cū illis . Quod animaduertisse oportuit , ne inde superuacui ac molesti in quærendo laboris occasio alicui tribuatur . Videatur ergo Glossa in citat . Cap . verb . Noscatur . Licet autem in prædicta Decretali solūm videatur concedi facultas instituendi Capitulo , quando vacat per mortem Ecclesia , ibi , si superesset : ad omnem tamen vacationem referenda est , quia ratio est eadem : & sic habet Doctorum sensus ac communis praxis ; quamvis Glossa cum limitatione dicta loqui videatur , sic dicens : Nota quid potestas instituendi in Beneficijs deuolutur , Sede vacante , ad habentem exercere iurisdictionem Prælati defuncti . Sic illa . Sed id propterè dictum , quia frequentius Eadema.

32 Dico secundò. Non solum Præsentatos Regio nomine potest Capitulum instituere , sed quo scumque ab iis , qui ius habent præsentandi ad Beneficia simplicia , secundum receptas Doctorum sententias circa id , quod necessarium est ut Beneficium aliquod dici possit. Quod si aliquod minus propriè tale inueniatur , quod tamen ad Episcopi institutionem spectet , idem erga illud facere Capitulum poterit quod Episcopus facere solitus . Tum quia succedit in iurisdictione Episcopo ex consuetudine competenti , ut cum Patrornitano , Syluestro , Merolla , & P. Azor tenet Diana Parte 8. Tractat. 4. Resolut. 18. Tum etiam , quia qui potest plus , potest & minus , iuxta regulam juris in 6.

33 Dico tertio. Capitulum in Ecclesiis Indianorum nequit resignationem Curati Beneficij, Assertio 3.
non posse re-
signatio-

non posse re-signatione

*in fauorem
admittere
in Indys, si
Beneficium
ad Regium
Patronatū
spectet.* aut alterius, quod de iure patronatus sit, in fauorem alterius admittere. Probari id potest Primus ex generali Scriptorum doctrina, iuxta quam admissio talis ad solum Pontificem spectat, ut videri potest apud Dom. Barbosam Allegat. 50.n.23. ubi pro ea adducit Cap. Deliberatione. 9. Prohibemus, de Officio Legati in 6. in quo tamen expressè non habetur, sic enim ibi: Prohibemus insuper, ne Legatus ipse in genere aut specie cuiuscumque concedat ut ab his, qui Beneficia intra Legationem eiusdem habentes, ea

in illis manibus voluerint liberè reignare, ipsorum resignatione receptâ, illa valeat idoneus conferre personis. Sic Bonifacius VIII. qui statim secus factum nullius declarat esse valoris. Non ergo de resignatione in fauorem alterius agitur. Ex ratione autem, quam Pontifex adhibet, potest illud conjectari; ita enim claudit: *Cum per hoc aperiri posset via contra Lateranense Concilium ad Beneficia vacatura. Sic ille. Concilij autem Lateranensis Decretum, cuius mentionem inducit, habetur in Cap. Nulla, de concessione Præbend. in quo sic dicitur: Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam Beneficia Ecclesiæ, tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent. Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & Beneficium se crediderit successurum. Hæc ibi. Si enim facultas recipiendi vel admittendi resignationes alias concedatur, & pariter Beneficia conferendi, quæ fuerint resignata, facile contingit ut in fauorem aliquorum resignentur, quibus sit facta missio, cum à priuato, cui per indulgentiam talis facultas conceditur, facile possit obtineri. Sic ergo Decretalis Bonifacij cum Decretali ex Concilio Lateranensi desumpta componitur, & quod Assertio proposita statuit, ex eisdem verosimiliter comprobatur.*

Resignatio sub spe ut queat ab Episcopo admissi.

34 Sed certe, licet de eo loquendo, cui per extraordinariam viam id concedi potest, omnino ex Decretali dictâ colligatur; non videtur id generaliter certum, quandoquidem deficiente promissione, talis potestas Episcopis competit, licet resignatio sub spe fiat collationis ei facienda, quam desiderat resignator; & eo etiam designato, dummodo pactio nullatenus intercedat. Quod quidem cum multis ut probabile tenet Dom. Barbosa *Allegat. 69. num. 50.* & id quidem stante insuper Constitutione Pij V. de quâ idem *num. 47. & seqq.* & in quâ præcipit ne resignationes fiant designato successore; addens alia, ex quibus colligi possit resignationem saltem tacitè esse in favorem, quæ coram Episcopis & aliis Collatoribus fieri non potest, ut citati ab eo Doctores affirmant *num. 48.* & sententiam Barbolæ tenet etiam P. Thomas Sancius *Lib. 2. Confil. cap. 3. Dub. 38. numer. 23.* post Constitutionis Pij V. saltem mentionem, & luculentam explicationem: neque unius tantum, quæ in hoc respon-

*Negue ob-
flare Con-
stitutiones
Py V.*

etiam mentionem, & luculentam explicationem: neque vnius tantum, quæ in hoc negotio præcipua, sed prioris alterius *Idibus Augusti*. 1567. cum alia fuerit *Kal. Aprilis* 1568. estque ordine 58. & ad verbum habetur apud P. *Fragosum Tomo 2.* *Pag. 718. numer. 35.* Videndus etiam *Diana Parte 5. Tractat. 14. Resolut. 22.* & generaliter quod resignatio in fauorem tertij licita & valida sit, tenet *Ducrenus, Aragon, Sotus, & Couarruias* apud P. *Sancium numer. 14.* quod & cum aliis, quos affert, tenet *Illustriss. Zerola Parte 1. verb. Renuntiatio. §. Ad secundum.* Et tam isti, quam ex antiquioribus aliqui, post editas Constitutiones

nes à Pio V. rescripscerunt: quarum quæ maximè vrget, suspicatur non esse receptam P. Sancius, pro quo *num. 19.* cuius & præsertim Zerola meminit, neque aduersari contendit. Ex generali ergo illâ doctrinâ non potest Assertio nostra ta firmari, ut pro certâ debeat haberi, licet communior Doctorum sensus pro eo stet, ex quibus plures adducit P. Sancius *suprà num. 11.* Et eam cum aliis tenet P. Oñate *Disputat. 83. numer. 137.* Non est autem reuerentia debitæ veritati conforme, quod P. Palaus scribit *Tomo 2. Tractatu 13. Disput. 6. Puncto 2. §. 2. num. 2.* quod scilicet, si sub conditione resignatio fiat, solus Pontifex eam admittere potest, ut tenent omnes Doctores excepta resignatione ex caussâ permutationis) Ordinarij namque solum possunt simplicem & puram resignationem admittere ex caussis à Pio V. in suâ Constitutione propositis. Quod autem nomine resignationis sub conditione eam complectatur, quæ sit in fauorem, constat ex iis, quæ dem habet *§. 1. n. 3.* Cùm ex dictis perspicuum sit plures esse, qui aliis præter Pontifices potestatem dictâ competere protestentur; nequit dici sine veritatis iniuriâ omnes contrariū sentire Doctores. Circa idem P. Bauny in *Praxi Benefic.* *Disp. 9. q. 25.* *Assert. 2.* modo cautiore locutus, dum statuit alium Pontifice non posse designationem conditionalem admittere, & confirmare, non tamen obimoniam; alias neque Pontifici id liceret: sed quia id fieri mos communis non patitur; à quo nulum est, sicut & à lege discedere. Nec pro se Doctorem ullum adducit, aut omnium esse prouinquit.

35 Si ergo aliud non obstarerit in Beneficiis, *Resignatio-*
le quibus loquimur, possent eorum *resignatio-*
nnes à Capitulo, Sede vacante, probabilem am- *possè à Cap-*
plexo sententiam, admitti. *Quia resignationes* *itulo ad-*
admitti ab illo posse, multorum sententia est,
pro quâ Diana non paucos allegat *Parte 8. Tract.*
. *Resol. 28.* & tenet ipse ut probabiliorem. Ne-
que negabit P. Palaus, qui §. 2. citato, numer. 4.
affirmat Capitulum posse admittere resignationes
urè factas ; & probat, quia succedit Episcopo
in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ,
exceptis casibus à Iure expressis. Cùm autem
admissio resignationis pertineat ad ordinariam
jurisdictionem, neque inueniatur in Iure excepta
Capitulo, sit sanè ad ipsum pertinere. Quæ ra- *Et etiam*
o probat etiam de resignatione in fauorem, *fauorem.*
apposito quodd illa Episcopo competat quoad
admissionem : quam & idem Auctor numer.
q. absolutè Capitulo concedit, sicut neque illud,
neque Episcopi possint prouidere. Pro quo etiam
dissert. 2. Puncto 29, num. 15. & 16. Sed est aliud
uod obsterit, vnde &

36 Assertio probatur secundò, quia Beneficiæ, quæ sunt iuris patronatus, resignari nequeunt ne patroni consensu in fauore, quando resignatio collatione inserti alias enim licet. Sic Flaminius, Gigas, Couarruias, & P. Lessius, quos adiicit & sequitur P. Bauny *soprà*. Quaest. 6. §. Sextò. id resignationem. Quidquid dixerit §. Et quam. P. Azor Tomo 2. Lib. 5. Quaest. 4. cum litigatione dicta, ex quo P. Palauus num. 5. titato. Prodem alios allegat P. Sancius Lib. 2. Consil. Cap. 2. ub. 29. numer. 1. quibus cumet sentit. Neque sicut ita illos aliosque sentire, quia expressa